

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Joannis Nadasi, è Societate Jesu, Annus Caelestis,
Jesu Regi, & Mariae Reginae, Sanctorum Omnis Sacer**

Anni Caelestis Dies, & Festa Mobilia

Nádasi, János

Coloniae Ubiorum, 1667

19 Martii. 14 Kal. Apr.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53527](#)

IS

rá eleva-
transfen-
loriā in-
ntercedo
sicut tu
occum-

um Deo

magium

atis san-

, mille:

r.

ex, Mar-

Diacone

. gladio

Eucarpi,

o è cælo

: Surg-

remis-

angelo-

à Mar-

er mira-

ria, ea,

,

, &c

ARIA,

XIX MARTII. 285

S. MARIA, cuius dolorum festum
hodie celebratur. Per omnes dolores,
& per omnia gaudia tua, te rogo, fac,
ut ea faciam, quae te delectent; ut sim
tibi gaudio, & tu mihi!

19 Martii. 14 Kal. Apr.

S. Joseph, Sponse MARIAE, de quâ
natus est JESUS; qui cum Deo
JESU, & MARIA Dei Matre, plus
quam duodecim annis, conversa-
tus dulcissime, arcana mira didici-
sti. Nónne cor tuum ardens erat,
cum Deum, Deique Matrem, in
unâ tecum domo, mensaque vide-
res, loquentes audires? O felix Jo-
seph, qui JESUM inter, & MARIAM,
te consolantes, tibique ministran-
tes, ultimum agonem egisti, spiri-
tum exhalâsti! à quo nunquam ali-
quid S. Teresia petiit, quod non
impetrâisset! cuius nobis interces-
sione donatur id, quod possilitas
nostra non obtinet! Adesto mihi,
quæso, morienti; ut me, in agone
jacentem, suspirantem, expirantem
juvent, ultimum spiritum colli-
gant, & in æternum suum contu-
bernum recipiant JESUS, MARIA,
& Tu S. Joseph, ad cuius nomen,
in cælo auditum, omnium Sancto-
rum

286 ANNI CÆLESTIS

rum choros S. Gertrudis singula
reverentiæ significatione gauden-
tes vidi. Gratulor ego quoq[ue]
gloriæ tux, ac rogo, fac me talen-
ut sim dignus tibi æternum cum
Sanctis omnibus gratulari. Amen.

S. Maria magdalena, hodie trans-
lata.

Sancti Quincte, Quintilla,
Quartilla, Marce, & alii nover-
MM.

S. Panchari, capite truncata
Martyr.

SS. Apolloni, & Leonti, Episco-
pi.

SS. Landoalde, & Amanti, mira-
culis illustres.

S. Joannes, corporis domitor
generose: ad cuius tugurium pyrus
folia, & flores, in Januario, Episco-
po spectante, repente produxit.
cuius corpore, post mortem, odo-
rum suavitas fragrabat.

S. Martine Ungare, ex Ordine
S. Benedicti Archiepiscopi.

B. Sibyllina Virgo, quæ duō-
decimo ætatis anno cæca facta,
Sanctum tamen Dominicum, &
postea JESUM parvulum, lata vidi-
sti, & ab eodem S. Dominico, pa-
tronoo tuo, primū ad horrenda
quædam videnda ducta, deinde
glorio-

gloriosâ luce, ac odoribus plena
palatia vidisti; neque ad ima hæc
videnda reddi tibi amplius oculos
postulâsti.

OMNES SANCTI, &c.
pag. 44.

S. MARIA, hodierni S. Josephi
Sponsa, semper Virgo, quæ honoribus
illi exhibitis delectaris; ideoque Tere-
siam veste pretioſâ, & torque donâsti.
Ora, ut illum ita honorem, & amem,
sicuti tu vis; sicuti honoravit Teresia,
& alii tui!

S. MARIA, quâ ostensâ, S. Francisca
dixit Josephus tuus: Séquere Virgi-
nem. Juva me, unâ cum Josepho
tuo; ut amem, colam, imiter te!

20 Martii. 13 Kal. April.

S. Joachime, MARIÆ Dei Matris
parens beatissime, Sanctæ Annæ
conjugis sancte conjux. Sanctum
par! Vos apud MARIAM filiam; apud
filiæ Filium JESUM, potestis omnia.
Orate ergo & illum, & illam, pro
me. Ideò JESUS per MARIAM, &
MARIA per vos nata est mundo; ut
ego adoptivus MARIÆ filius, JESU
servus, felici morte nascar cælo.
O! ne pereat in me JESU Nativitas,
Vita, Sanguis, Mors! Adeste mo-
rienti;